5v

…catur · opus habet ex fide
…hanc adspeciem contem
…tur; Beati enim mundo cor
…m uidebunt · et ex fide mun
…; Illud in euangelio · hoc in
…legatur; …des autem quae eorum
…quam diu peregrinantur
…tur · quod non uidet credit;
…m est fides; Credenti colli
… · uidenti reddatur praemium;
…parat locum; fit ne uide
…ut credatur; Tunc enim locus
…fide uiuatur; Credatur
…t desider… ut habeatur;
…tionis · praeparatio est man
…para quod parat; Nos enim
…nobis parat quem locum parat
…is et intra nobis; Tu enim
…tenet et ego in uobis;
…fuerit particeps tui · alius
…plius · haec … diuersi
…diuersit… …ertorum;
…tudo… …um · per dis
…con…orum; Sed tamen omni
…orum · et sine fine
…d et… …dis · et quid
…S… …ne intelligo
…dis… …nde uenis rece
…tti… uenis apparen
…an… …egnando … ipsi
…ndo · quomodo
…cu… …offimi… …ne
…o;

Dicit ei Thomas; Domine nescimus quo vadis;
Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via et veritas et vita; nemo venit ad patrem nisi per me;

Nunc est dilectissimi fratres · ut quantum ualemus
intellegamus · de uerbis domini posterioribus pri
ora et consequentibus praecedentia · in eo quod
audistis apostolo Thomae interroganti esse respon
sum; Dixerat enim superius dominus · hoc cum de
mansionibus loqueretur quas esse dixit in
domo patris sui et ire se ut praepararet eas;
Ubi intelleximus esse iam mansiones istas in
praedistinatione · et praeparari eas cum eorum quibus
mansuri sunt per fidem corda mundantur ·
Quoniam ipsa dei domus ipsi sunt; Et quid est ali
ud manere in domo dei quam esse in populo
dei · cum idem populus est in deo et deus in eo ·
Hoc ut praepararet dominus abiit · ut credendo in eum
qui non uidetur ea quae in specie semper futu
ra est · nunc per fidem mansio praeparetur;
Propter hoc ergo dixerat; Et si abiero et pre
parauero uobis locum · iterum ueniam et acci
piam uos ad me ipsum · Ut ubi ego sum et
uos sitis · et quo ego uado scitis et uiam scitis;
Ad haec dicit ei Thomas; Domine nescimus quo
uadis; et quomodo possumus uiam scire?
Utrumque illos dominus dixerat scire · utrumque
dixit iste nescire · et locum quo itur · et uiam
qua itur; Sed nescit ille mentiri; Ergo
isti sciebant et se scire nesciebant · Cum
uincat eos iam scire · quod se putant adhuc
usque nescire; dicit illis; Ego sum uia et ueri
tas et uita; Quid est fratres karissimi? Ecce audi
uimus discipulum interrogantem · audiuimus
et magistrum docentem … et nondum … capi…

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.61, 5v – Collection of homilies
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-mhig/5104/48716)